Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8477
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

deinde adde eis succi . ʒ . s .
et tere usque dum desiccentur
et fac inde alcohol et aministra
mane et sero, quoniam comprobatum est
si deus voluerit Ex rebus
autem oculi subam reiuuenes-
cere facientibus est regimen . cum
electione rerum . vi . et administra-
tione que oculis et corpori te-
neritas acquiratur . sic verbi
gratia cum comprobatione in quantum pos-
sibile est ad aere temperatum et
cibos et potus humidos et bal-
nea temperata et alias res
humectantes cum temperie propter
quam faciant cadere in opiliones
Dixit albuali quod ingredi
aquam tepidam claram et aperire
oculos in ea oculorum sanitatem
custodit et eorum teneram red-
dit subam et abstergit, et
similiter vide aquam claram et
lucidam Vapores autem aquarum
cum decoctione quarundam rerum
ad hoc vehementer conferunt
sicut vapor aque decoctionis
feni grecis aut rute vel herbe adhil.
et similium singulariter vel coniunctim

De cura preservativa oculorum

Cura vero preservativa ab
egritudinibus futuris fieri
in ipsis, dupliciter habet viam . parti-
em preservamus naturalitatem eorum
quemadmodum supra dictum est .
partim vero obviamus cause fu-
turorum morborum intrinsecis ut
extrinsecis Extrinsecis sic suo
ventis cibis malis et potibus
et aliis quorum supra remedi-
cati sumus Intrinsecis obviamus
secundum unum quinque modorum, aut
enim convertimus studium ad permu-
tandum maliciam complexionis pu-
re sine materia uel cum materia si non in
quantitate exuberet, vel evacuamus
eam si vincit super quantitatem naturalem
uel egreditur preter naturalitatem aut
facimus utrumque, aut corrigimus

adiectum predicti in organisatione
eorum aut prohibemus solutionem
continuitatis futuram fieri in ipsis
Et prima rem complent medi-
cine auxiliantes in permutando
maliciam complexionis eorum scilicet . aut
calefaciendo vel infrigidando Ca-
lefaciendo cum eo quod est sic . ʒʒ .
nux muscata hueg . pipera et
similia aut infrigidando cum eo .
quod est sic albumine ovi et mus-
cillago psillii . aqua rosarum . succus
solatri portulace lactuce et
similia, aut desiccando cum eo quod
est sic tutia cohol . ruta rose
et similia, aut leniendo sicut
albumine ovi Secundam rem
complent medicine curantes materiam
et educentes eam Et hoc quidem
fit secundum unum trium modorum, vel
secundum semitam diversionis ab eis
aut secundum semitam extractionis
ab eis, aut secundum semitam reso-
lutionis ex ipsis Evacuatio
autem et eversio materiei quando
fit ex corpore toto si in toto ex-
uberat, aut ex capite solo si
in eo solo exuberat Et ingre-
ditur canone huius species fleo-
bothomie et species solutionum
per ventrem et caput purgia et
gargarismata et ventose et
scarificationes et fricationes ex-
tremitatum ex eis que diximus
et dicemus iam Extractio
autem materiei fit per medicinas
educentes per lacrimas sicut est
proprie sal armoniacum et sal gemme
et similia Resolutio quoque fit
ex medicinis proprie sic sarcocolla
et succus feniculi et meithe
et similia Tertiam vero rem
complent aggregationes harum
intentionum duarum de quibus
modo locuti sumus Et cano-
ne ingreditur regimen in quibus
rerum . vi . Quarta vero rem
complent medicine confirmantes or-
ganisatione eorum et formam